bes in lucido positū · non esse psonarū acceptionē apud dn̄m · Hoc pe
trus · hoc paulus · hoc om̄s euangelistę testantur · Quod si non dice
rent · tam lucida difinitio est · ut illis eam tacentibus crederemus ·
Quid nunc · contra hanc · in obscuro nascitur questio · Iacob dilexi · esau
aūt odio habui · Et cui uult miseretur · & quem uult obdurat ·

Et multa similia; In his positus · in nocte uenisti · Non potes lucidi ei
noctis huius caliginē tradere · & die medio · uim tenebrarum infer
re · Si est tibi sermo · ad nuntia ueritatē in nocte · sin alias · sit digi
tus tuus sup os tuum · Si enī mille tales questiones inuenias · num
quā ꝓbabis dm̄ ꝑ electionem personę unum uelle · alium recu
sare; Aliud est si doceas · esau bonum fuisse in operibus suis · & ini
que odio habitum · autiacob malorum operum reum · & iniuste
dilectum; Sed rumpamus moras alieni operis · & in decem chor
darum psalterio · delectet nos dn̄s in factura sua · & in operibus
manuum eius quas expandit in cruce; In his inquam operibus ex
ultemus · ibi enim magnificata sunt opera eius · quae uir insipi
ens non cognouit populus incredulus iudaeorum · Qui sicut foe
num exorti paruerunt · operantes iniquitatem · ut intereant in
saeculum saeculi · atq; dn̄o in aeternum manente hii peribunt ·
& dispergentur sup uniuersam faciem terrę · Om̄s iudaei operan
tes iniquitatē · Xp̄s autem ut palma floriet · plantatus in domum
suam; In atriis dī nr̄i florebit · & multiplicabitur in senecta uberi ·
Hic senecta · non ipsius · sed saeculi senectam commemorat; Quia
saecula finiuntur · & senectute deficient · dn̄s autem in aeternum
ꝑmanet; Ne hoc accipias in gratę · quod palmae florenti eum cō
parauerit · Quia comparatus · minus est ab eo cui comparatur ·
Nam palma floriens ipse est · & comparatio xp̄i diuinitati compa
ratur · ipsi palmę semper florenti · Qui ad dexteram patris
sedens · uictoribus ramos suos porrigit · de floribus suis coro
nam tribuens · & de fructibus perpetua refectione saginam
inpertiens · Ipsi gloria in saecula saeculorum amen · xcii ·
Dn̄s regnauit · id est regnum adsumpsit in cruce; Decorem induit

in resurrectione. Induit enim infirmitatem in uirtute. & pcinxit se
aeternitate. & firmam fecit terrā in resurrectione sua. & paratam se
dem habens ascendit in caelum sedens ad dexteram patris. Hunc pco
nata sunt flumina scripturarū scārum. sup hunc eleuauerunt uoces
suas. a uocibus aquarū multarum. idē gentium potentius clamantes.
Omīs enim scripturae gentium uoces habent. uirtutes non habent. Iste
scripturae regibus imperant. illae deseruiunt. Ergo cū eleuarent flu
mina uoces suas. mirabilis factus est xps. elationi maris. idest mun
di huius regibus. & sublimibus. Hec his tantum. sed et mirabilis in ex
celsis dns caelos ascendens. Tunc testimonia dī credibilia facta sunt
nimis. Dedit enim potestatem. ut in nomine eius sanitatē generi hu
mano operarentur. Qui cum dī filium pdicabant. & his ista facien
tibus signa. testimonia eius credibilia facta sunt nimis. Et domū eī
quam pharisaei dicebant non posse suscipere scā precepta legis ue
teris testamenti. suscepit. & decentea scā scōrum. ut ibi habitent
in saecula saeculorum amen. xciii

Ds uindex esse populi sui. iudicibus canitur. quibus leue uidetur
personas peccantium sumere in iudicio. orfanis & egentis. ab his
autem qui exaltant dnm in cordibus suis. & iudicant terram in cor
poribus suis. hii reddunt retributionem sup bis. Applicare possum
testimonium apli. quo ait. Si nos ipsos iudicaremus. non utique iu
dicaremur. Iudicamus autem nos ipsos. quando finē uitiis ponimus.
& principium uirtutib; collocamus. Quod si non facimus. populum oī
idest uirtutem humiliam. & hereditatē eius quę nobis pmittitur.
spernimus. uiduam & aduenā occidentes. Uidua ē anima. quę non
habet uirū uerbum. aut intellectū prudentiae. Hanc si aut uerbo tuo.
aut exemplo decipias quā liberare debueras. uiduam interficis.

Aduena est · quicuius scorum ee nonnouit · Huic site amatore mundi osten
das · tollis ei fidem future ciuitatis · & quasi interficeris eu spiritaliter · a presen
ti psalmo argueris · sic etia orfani occidunt orfani sunt · quidm se posse
patre habere · sce uiuendo pcredunt · His tu qui sapis & nosti posse filios
di fieri credentes · si exemplu contrariu pbeas · quos e di filios fieri con
tempnant · orfanos occidisti · Na si de his orfanis · & de aduenis · & uidua ab
aget · Ergo qui coniuges · aut ciues · aut habentes patre & matre filios occi
derit · criminis reatu euadit · aut si taceret psalmigrafus · qui sum qua
de hoc facto non argueret criminosos · Uerum quia haec agentes · nos ipsi
qui putam nos sapere · sic nobis uidetur qd has minutias ruinarum que p
nos fiunt · non requirat dns & non intellegat ista · quae nos intellege
re nolumus · clamatur nobis · intellegite qui insipientes estis · Id uos qui
desipuistis in populo positi · dum unus alterius sectamini exempla · ad con
temptum dni · Et stulti aliquando sapite · Quibus imperatur & di
citur · sapite · ostenduntur suo arbitrio non sapere · Dicunt enim ·
Ergo modo de hinc erit curae · ut audiat singula uerba nostra · &
uideat queque facta nostra · Ad haec respondetur eis · Ergo
qui tibi auditum dedit · ipse non audit · qui tibi uisum tribuit ·
ipse non respicit · qui tibi sapientiae saporem infudit · ipse
non sapit · Ille totus sapientia est · & uidet cogitationes homi
num · qui sibi sapere uidentur · quoniam ipsae cogitationes
eorum uanae sunt · Beatus homo est · quem hoc ipsud erudie
rit dns · Non elegendo neglegentem · sed legem suam docen
do credentem · Hic mitigabitur in diebus malis · quando dae
mones parant peccantibus foueas · Tunc non repellet dns
plebem suam · id est de suo auxilio presumentem · Et hereditate
suam non dere linquet · sed protegit a temptationibus eos

dans eis tolerantiam per promissam hereditatem uitae aeter
nae., Et facit eos expectare retributionem. quoadusque
iustitiam conuertat in iuditium. Et qui tenent eam. id est
ipsam iustitiam. omnes qui recto sunt corde., Uerum qui
maligna consilia mentibus ministrantes insistunt. con
tra quos animo satis est argute pugnandum., qui nouit
ergo per singulas quasque suggestiones acriter dimican
dum. clamat., Quis exsurget mecum pugnans. aduer
sum operantes iniquitatem., Quaeso te agonista for
tissime. indica mihi quo ordine hostium impetus
euasisti. ad haec eius audi responsum., Nisi ait dns.
adiuuasset me. modico minus habitasset in in
ferno anima mea., Si dicebam cum lacrimis dno.
quia motus est pes meus. & a recto tenore auer
sus. statim tantum et amplius misericordia
eius adiuuabit me. quantam multitudinem uide
bat esse in corde meo dolorum. & consolationibus
suis laetificauit animam meam., Dicas forte
o auditor. grandis hic labor est., Sed labor iste
temporalis est. & premium laboris aeternum.
Non adheret do. sedes iniquitatis., Qui enim for
mat fatigationem. aut laborem. aut dolorem in
precepto. siue pro labore certaminis. seu pro

labore martirii · aeterni gaudii praemium nonnegabit.
Dum enim captiuauerint persecutores animam iusti con
fitentis dm̄ · & sanguinem eius innocentem condemna
uerint · tunc efficitur ei dn̄s in refugium · & ds̄ erit
in auxilio spei eius · ita ut reddat eis iniquitates ipsorum ·
& in malitia disperdat persecutores eorum · qui regnat
in saecula saeculorum amen · xc iiii
Laus cantici haec est · ut exultemus non in delectationibus
uanis · sed in dn̄o · ante quam preoccupemur · Nos preoc
cupemus faciem eius in confessione peccatorum nostrorū ·
credentes quod non repellēt plebem suam confitentem
sibi · ille qui magnus est super omnia · cuius caeli sunt ·
cuius montes · qui terram manibus suis fundauit ·
Uenite · hunc adoremus · non in forma serui eum adtenden
tes · nec putemus eum hominem purum · In ipso est · qui haec
omnia fecit · Uenite adoremus dm̄ · ploremus quia pius est ·
Ipse est qui fecit nos · ipse est pastor cuius nos oues sumus ·
Audiamus uocem eius · & sequamur eum quocum que uadit ·
Ideo enim pastor uocem ad oues emittit · ut audientes eum
sequantur · aut enim pascua procurabit · aut ab insidiis
ferarum eruere studet · Unde clamatur nobis hodie ·
ut si uocem eius audierimus · non obduremus corda nostra ·
sicut fecerunt per quadraginta annos filii israhel in here

mo. Et quia non audierit uocem eius. non introierit in requiem eius. Nos autem audiamus
pastorem nostrum & sequamur uestigia eius. ut euadentes mortem deserti huius. cum
ihesu terram fluentem lacte & melle mereamur intrare. Ipsi gloria in secula seculorum amen.

Qui plorauimus penitentes in nonagesimo quarto. in quinto & nonagesimo
gratulemur. Ibi enim domum nostram fleuimus idem regulam discipline destruc
tam fleuimus. credentes nos per misericordiam eius ad aedificationem huius
domus iterum posse pertingere. Unde & titulus. ad haec eadem consentit.
qui post captiuitatem. ipsum domum edificari conscribit. Quam aedificans
xpus. dat gaudium omni terre. Et ideo dicitur. ut uenit & domino omnis terra
canticum nouum. & benedicat nomen eius. Habuit enim captiuitatem mun
dus per adam. quam captiuitatem postquam xpus conuertit. aedificauit domum
gloriosissimam. non habentem maculam neque rugam. Quo edificante domum.
templa uniuersa destructa sunt. Probatum est enim quod omnes diu gentium qui in tem
plis positi essent. habitarent in eis daemonia. Hic autem qui fabricauit do
mum. ipse est qui celos fecit. confessionem eius nascitur. Omnis qui non confitetur.
dominum ihesum. anathemabili feditate despicitur. Qui autem confitentur. ful
gebunt sicut sol in conspectu dei. Sanctitas enim & magnificentia est in ipsa
sancta confessione eius. Uniuerse ergo patrie gentium inuitamini. uenite ad
ferte domino. quid adferimus domino. adferte gloriam quam in cassum idolis prebu
istis. adferte honorem. quo frustra idolorum antistites honorastis. Tollite
hostias ab idolis. & hic introite in domum quam edificauit. & adorate eum in
aula sancta eius. Et gens genti dicat. quia unus dominus regnat a ligno crucis.
Quia per lignum concupiscentia est. regnum dei ab hominibus recesserat. modo
per lignum crucis regnum reuersus est dei. Qui firmauit eam in orbem terre.
ut non commoueatur. In qua ecclesia iudicat populos in equitate.
& gentes in ira sua. Per hoc opere laetantur caeli in sanctis. letatur & terra
in nobis peccatoribus. ad hoc gaudium mouetur mare. uulgus ignobile

& fluctuans. et plenitudo ei idest diuites pleni opibus. Hi commouentur riden
tes humiles xpi. & psalmos eius et doctrinam eius. frigidas nenias computantes. Ligna uero siluarum. qui lignei & siluestres uidentur mundi
sapientibus. Tunc exultabunt ante faciem dni. cum uenerit iudicare
terrenos. Non enim iudicat ut personas potentium accipiat. sed sola
aequitate totum orbem terrarum iudicat. & populos in ueritate confir
mat. per omnia saecula saeculorum amen. xcvi.

Securus cantas in nonogesimo vi. qui in nonogesimo quinto dnm
cognouisti. In hoc enim psalmo. & terra exultat de resurrectione sanctorum
& insulae. Non omnes. sed in quibus habitant sci. Ecce enim uenit sicut
promisit in anteriore psalmo. Uenit ut iudicet. & nubes et caligo
in circuitu eius. iustitia & iuditium. directio sedis eius. Ignis ante
eum precedit. Ignis. duo officia peracturus. uno enim eodemque aspectu
& amicos dei inluminat. & inflammat inimicos eius. Quando apparuerint
fulgora ei orbi terrae :: tunc montes :: sicut caera liquescunt ante faciem eius. & a fa
cie dni trem & terra. omnibusque rebus metuentibus. ac formidantibus atque
trementibus. Confundantur omnes. qui adorant idola. cum uiderint
omnes in resurrectione gloriam dni nri ihu xpi. Tunc sola laetabitur sion. id est
aecclesia. exultabunt & filiae iudae. id est synagogae. omnes qui ante aduentum
dni prophetas habuerunt. aduentum dni preconantes. Propter iudicia dni
tēporis iusta. preiuditium posterioris hominis non habebunt. Quoniam idem dns in ec
clesia nunc. qui tunc ante aduentum dni in synagogis inluxit. Ipse est solus
super omnes deos. Quicumque ergo bonum dnm diligitis. odite omne quod ma
lum est. In odio enim mali. boni dilectio comprobatur. Sed et si qui uos
pro amore boni fuerint persecuti. memores estote. nolite timere eos
qui occidunt corpus. Custodit enim dns animas sanctorum suorum. & de manu
peccatorum liberat eos. Ignis enim qui inflammaturus est delinquentes. lux

efficitur iustis. & rectis corde laetitia. Nolite ergo metu poene. sed amoris
gaudio seruare iustitiam. ut etiam in hoc mundo iam gaudeatis in dno. & con
fitemini memorie scitatis eius. qui regnat in seculum sclorum. amen. xcvii

Causas cantici presentis. ipse psalmus exponit. Dicit enim. ideo canticum nouum ut can
tetis exhortor. quia mirabilia fecit. Et sicut dixit. ideo cantate. quia mirabilia
fecit. quasi si audisset sibi dici. Semper mirabilia fecit dns. Non ergo nouum. sed
uetus est canticum. mirabilia diuina cantare. Ad hec ille respondeat. Noua
mirabilia. nouum carmen exposcunt. Dic ergo nobis. que sunt noua mirabilia.
Si interrogas audi. Dixerunt iudei. in cruce posito dno. saluum faciat eum si uult eum.
Hunc autem saluauit dextera eius. & brachium sanctum eius tunc quando notum fecit dns
saluatorem suum suscitans eum a mortuis. & in conspectu gentium. reuelauit
iustitiam suam. Memor enim fuit misericordie. quam promisit iacob dicens.
Et ego te faciam in gentem magnam. Hanc ueritatem impleuit domui israel.
quando uiderunt omnes fines terre. salutare dni dei israel. Et licet omnes
prouincie. uideant salutare dni. tamen hoc non otiosae transeat
intuentem. quod finem terrene cogitationes dum acceperint.
nascuntur cogitationes caelestium rerum. & ipsae faciunt uide
ri. salutare dni dni. In hoc studio. iubilate dno uniuersa ter
ra. Id est omnia membra corporis terreni. in officio scae
conuersationis offerte. Non cum tristitia. sed cantantes exul
tate & psallite in cithara. Cuius cantor inuitat auditum.
& uoce psalmi cuius misteria incitant mentes. in tubis ducti
libus. & in uocae tubae corneae. quibus uocibus belli uictoria
declaratur. iubilate in conspectu regis dni. Conspectum
dni preconantes saeculis. Nolite timere etiam si moueatur
mundus. sicut mare. & plenitudo eius. & orbis terrae. & om
nia quae in eis sunt. Tunc flumina plaudent manu simul in unum.

quoniam nullum pene flumen est · in quo non data sunt remis
sa peccatorum · Nulla aqua est · quae non protulit ex se animam
uiuentem · aduitam aeternam · In quo facto · montes exulta
bunt · ex quorum uisceribus egrediuntur fontes · qui faciunt flu
mina · montes · quorum capita caelos pulsant · quorum habita
tores caelo sunt uicini · Hi exultabunt cum uenerit iudex ut
iudicet orbem terrae in aequitate · & populos in ueritate sua ·
Omnes sci exultabunt · quia remunerator scitatis aduenit · qui
regnat in saecula saeculorum amen · xcviii

Irascantur populi · ut in elatione dnm nostrum ihm xpm aspici
ant · Ipse regnabit · quem regnare se non putat · Ipse sedet
super cherubim · in quantum cumque moueatur tra · Ipse erit in sion
magnus · ipse excelsus sup omnes populos · Sane hoc scire nos cuenit ·
qd honor regis iudicium diligit · Non enim timent iudicium ·
nisi qui se sciunt habere quod iure puniatur · Factum scilicet ·
quo ex honoratus est ds · Hi autem qui honorem dni in suis men
tibus seruauerunt · hi iudicium diligunt · Sicut illi e contrario me
tuunt · qui sciunt se in contumeliam regis · legis eius iura uiolasse ·
in quibus rex iste parauit aequitatem · Ergo equitatem custodien
tes regem honorant · Et honor iste iudicium non timet · quin
immo & iam diligit · Ipse tamen iudicaturus est · qui iustitiam
& iudicium in iacob fecit · qui habuit moysen & aaron in sacer
dotibus suis · qui habuit samuhelem similem ipsis ·
Ipsum quem isti inuocauerunt et exauditi sunt ·
cum in columna nubis loquebatur ad eos ·
Hi custodiebant testimonia eius · & precepta eius que
dedit eis · Quicumque ergo imitantur eos · hi iudicium ·

IX

futurum. non solum non metuunt. sed etiam diligunt; Dicamus ergo
dn̄o nr̄o ihū xp̄o; Tu es dn̄e. qui cum moyse et cum aaron locutus
es tu exaudisti eos. tu ꝓpitius fuisti illis. tu uindicasti in omnib; stu
diis eor̄. Exaltemus ergo dn̄m dn̄m nr̄m in xp̄o. et adoremus in mon
te sc̄o eius. In celsitudine fidei ei. quae altitudine sua nubes pene
trat. dum credimus quō ipse ē dn̄s ds̄ nr̄. cui gloria in scl̄a scl̄or̄ am̄. xcviiii

OMNIS TERRA AD IUBILATIONEM INUITATUR. UT SINE ꝑSONA
rum acceptione. sciatur esse uocatio; Uenite omnes qui laboratis
et onerati estis. et intrate in conspectu eius in exultatione; Scitote
quod dn̄s ihs̄ xp̄s. non ē alius. quam qui cum moyse locutus est.
Ipse est ds̄. qui fecit nos. de quo moyses locutus ē. qd̄ fecerit hominē.
Ipse fecit nos. eius enim factura sumus. omnes homines; Non enim
arbitrio nr̄o. creamus homines. Deniq; multi cupientes filios. quia
ds̄ non dat. n̄ habent. Multi nolentes. quia seminantes nolunt
fructum. eo qd̄ contra ordinem nolunt. etiam quia iniuste no
lunt. ds̄ iuste creaturam iubet. semini dare responsum. et ut ꝓ
betur quia ipse fecit nos. dum non nr̄o arbitrio. t dantur filii.
t negantur. Ergo quia eius populus sumus. efficiamur oues pas
cue eius. agnoscentes pastorem dicentem. ego sum pastor bonus.
Et intremus portas eius in c̄fessione unitatis. laudantes nom̄ sc̄m ei.
quia suauis ē. credentes quia ē in aeternum misericordia eius
credentibus. et ꝓmissionib; eius ueritas quę manet in scl̄a scl̄or̄ am̄.

IUDICIUM SINE MISERICORDIA HIS QUI NON FACIUNT MISE C
ricordiam. Misericordiam aut̄ facientes. euadunt iudicium.
Scis ergo ō homo. unde ponaris in dexteram pastoris. fac miseri
cordiam. et iudicium securus expectas. N̄ enim dicit iniustis ad si
nistram positis. ite in ignem aeternū. quia mentiti. quia fornicati

quia diuersa facinora commisistis. sed quia esuriui. & non dedistis mi
hi manducare. Sitiui. & non potastis me. Peregrinus. et non suscepistis me.
Infirmus. et non uisitastis me. Cum ergo ignis criminibus debeatur. cur
criminibus non imputetur supplicium. quia crimina per misericordiam remit
tuntur. Ite ergo inquit in ignem. quia unde ignis extinguitur. contemp
sistis. Audistis enim scriptum. quod elemosina a peccato liberat. audistis
quia sicut ignis extinguitur ab aqua. ita ab elemosina tolluntur uni
uersa peccata. Ite ergo in ignem. quia uiuere cum uobis. uos fecistis. Ego
autem misericordiam uobis super faciem terrae. cum iudicio feci cantari.
ut ille iudicium euaderet. qui misericordiam non negaret. Psallam ergo
& intellegam in uia inmaculata. et intellegam quando uenies ad me.
Ut si hospitem te uidero. suscipiam. Si esurientem. reficiam. Intelle
gam quando uenies. ne putem qualemque hominem. & recusem. Si enim
per ambulem in innocentia cordis mei. non propono ante oculos meos
rem iniustam. Iniustum enim. ut consorti naturae non miserear. In quo
inhabitas xpe. sed & facientes preuaricationem. odio habeam. Non ad
hereat mihi cor prauum. declinantes a me malignos. non cognoscam
loquaces occultos. persequar. cum superbis & inuidis. non communicem.
sed sint oculi mei super fideles terrae. qui terram corporis sui fideliter
seruant. ut isti sedeant mecum. Ambulans autem in uia inmaculata
hic mihi ministret. Non queram ab his aliquid consequi. qui reprehen
sibiliter uiuunt. In domo mea non inhabitet superbiam faciens. Id est. In
domo corporis mei non habitet inimicus. qui suadet contempni dominum. quia
haec est radix superbiae. Sed in matutinis interficiam omnes peccatores terrae.
Id est. in ipso ortu suo. peccata orientia interficiam & uiuere non sinam.
ut pereant de ciuitate domini. Ciuitas domini. anima nostra est. In qua habi
tat rex. Et sancti apices. ciues dei. qui ex ipso sunt nati. Cum ergo nascuntur pec

catorum cogitationes in anima: mox ut nate fuerint occidantur. Pereant
de ciuitate dni omis qui operantur iniquitatem. ut sit dns in ciuitate sua

Requiescens cum omni comitatu uirtutu cui gloria in scla sctorum am. CI.
Legimus clamorem sodomorum ascendisse ad dm. et ita demum sul
phureo eos imbre crematos. Prius ergo quam ad fletum & ad ieiunium p
peccatis nris animum cuertamus non audeamus dicere. clamor ms ad te
pueniat. Ne forte nsit talis clamor qui misericordiam csequatur. ne
forte sit in eo ira causatio maledictio adulatio detractio insultatio menda
cium & cetera his factis similia. His ergo uitiis pessimis nro clamore sonan
te rogandus e ds. ne clamor hic ad eum pueniat. sed in aliquib; factis ne
fariis cstitutis nobis non rogemus dicentes. ne auertas faciem tua a me.
Et dicendum e. auerte faciem tua a peccatis meis. Renuntiemus ergo om
nib; uitiis & passionibus et facti pauperes spu preterita nra facta plan
gentes. Ita nos in huius carmen psalmi fundamus orantes. ut clamor nr
ad eum pueniat. et n auertat faciem sua a nobis. Quid tam flentes dicam
nos qui ppeccatis oramus. his uersiculis edocemur. dies inquit mei sicut
umbra declinauer. Idest pdidi qd uixi. quia in peccatis sicut fenu arui.
Fenum aut & stipula et lignu esca ignis e. Et ideo tribulor. quia & ossa mea
sicut frixorium. idest fasciculu sarmenti aridu. ita confrixa s parata
ad incendiu gehennae. Percussus su sicut foenum & aruit cor meu percus
sus su conpunctione futuri supplicii. & ppt hoc oblitus sum manducare
panem. A uoce aut gemitus mei adheser ossa mea carni mee. Factus sum
sicut bellicanus in solitudine. Idest sic auis illa qua bellicanu uocant. quae
n habitat nisi in tectis habens escas ueneno heremi & in cultis amaritudinib;
plenas. Factus sum sic nocti corax in domicilio. Coruus p nigredine obscurus e.
Iam nocte qua nigrior. cui & obscuritas nigredine geminat. Ergo & ego in
quit duplicatam nigredinem peccatorum in me deplorans. uoces meas quasi

nocticorax dirigo. clamans solus. sicut passer solitarius in aedificio. In qua
tota die exprobrauerunt me. inimici mei. Et qui dudū laudauer̄ me.
nunc aduersum me iurabant. Idest. n̄ leto illius uiuā. Quomodo enī
uiuebas. ut sic illi iurarent. ideo inquit sic iurabant. quia cinerē sicut
panem manducabā. et potum meū fletib; miscebā. hoc quare. a facie
ire tuae. & indignationis tuae. Cuius ire. ꝓpeccatis utiq; in iudicio debite
in quo hi qui eleuantur & exaltantur. ibi alli dant̄ necesse ē. Cū ergo mo
riatur omne genus hominū in peccatis. quid supē. nisi ut ꝑsona totius se
culi. tibi preces flebili effundā eloquio. nullus enī saluabit̄. nisi tu dn̄e ex
urgens miserearis sion. Uenit enī tempus. ut uenias. miserearis sion. quia
bene placitos habuer̄ seruitui lapides ei. Lapides utiq; de quib; legitur;
Lapides iusti. uoluuntur in ea. Qui enī seruidī sunt. bene illis placent. libri
om̄s ueteris testam̄ti. qui habent in se unū lapidem angularē. nec solum
lapides bene placitos habuer̄. sed & terrae ei miserebuntur. Terra lapidū
corporas animarum. Non solum animae nobis scae placent. si seruidī sum̄.
sed ipsa corpora eorū in quib; afflictis. torti. combusti. ac diuersis suppli
ciis macerati. miserantes ueneramur. Quomodo miserantes dolor nobis ē.
in afflictione & supplicio. quo passis. & gaudium nobis ē in ꝑseuerantia
qua uicer̄. Cum ergo dn̄e et tu ueneris. et sc̄i tui. ꝓtestimonio nominis
tui quo passi fuerint. tunc timebunt gentes. et om̄s reges terrae gloriam tuā;
Tunc aedificabitur aecl̄a tua in sion. et uideberis in maiestate tua. cū respe
xeris de excelso tuo ihū xp̄e. ut audias gemitum compeditorū. & soluas filios
interemptorū. Interempti sunt patres nr̄i. omnes sc̄i. qui nobis p̄dica
uerunt xp̄m; Nos ergo ligati eramus a satana. quia hi qui genuerant nos
uerbo uitae. fuerant interempti; At ubi cognouimus eos in caelis gaudere
et possidere gloriam xp̄i. aedificata ē in nobis sion. & uisus ē dn̄s in maies
tate sua; Gaudemus enim. quia respexit in orationes eorū. et n̄ spreuit

preces eorum; Scripsimus passiones eorum. in progenies alteras. et populus qui creabitur.
usque in sempiternum laudat dnm in scis suis; Ibi conueniunt populi in unum
et regna ut seruiant dno; Per quos paucitas dierum nrorum regitur. et nuntia
tur nobis prope finem reliquum esse. ut et qui utuntur hoc sæculo. tamquam non
utantur. preterit enim figura huius mundi. Et transeunte figura. ueniet ueritas
xps. cui dicimus. in secula saeculorum sanni tui; In itio terram ipse fundauit.
et caeli. opera manuum tuarum sunt. Non ergo nouum dni adoramus in xpo.
sed eum qui est. et semper idem est. cuius anni non deficient; Quod autem de terra dicit / et cele
ipsi peribunt. promissionem illam confirmat. qua cautum est futurum cælum no
uum. et terram nouam. in quibus filii seruorum xpi habitent. Paulus seruus xpi.
similiter et omnes apostoli. serui xpi. nos. qui credidimus per eos. filii seruorum
ipsius sumus. et si secuti fuerimus uestigia eorum. sicut illi xpi. habitabimus
cum eis in cælo nouo. et in terra noua. Et si semen uerbi. quod nobis spem dedit.
crediderimus. tunc capiet in remuneratione nra fructum. quod iam non finem
habeat. sed maneat directum ad eo in reuocabile. ad dimedium dierum.
dimedium dierum. prima iuuentus est. et ultimum dierum senectus. Ibi ergo
iam nec in dimidio dierum finiuntur. nec in senectute moriuntur; quia
cæli nouis. rore immortalitatis manantes. et terra noua est. mortis gremium
non habens. sed habens uitam dnm illum xpm qui regnat in secula sæculorum amen. c ii

Benedicimus nos dnm. cum facimus aliquod tale opus. quod nomen dni bene
dicatur. Nam quomodo potest ds ab homine benedici. nisi hoc solum modo
quod opus ex omnibus interioribus nris faciendum est. si enim misericordes fue
rimus. uisceraliter et ille. tum benedicitur a nobis; Propitiatur omnibus in
quitatibus nris. sanat omnes infirmitates nras. replet in nobis desiderium nrm
et coronat nos in regno suo. pro miseratione sua et misericordia sua
Misericordibus enim dicturus est; Uenite benedicti. percipite regnum quod uobis
paratum est ab origine mundi; In quo regno. mors non erit. nec dura senectus

debilitat uires. sed renouantur ibi iuuentutes. ut aquilæ. Ibi misericor
dibus. faciet misericordias dn̄s. & iudicium omnib; iniuriā pacientib;
Ipse utiq; ds̄ qui notas fecit uias suas morsi. Ipse qui ostendit filiis israel
uoluntatem suā. Ipse est ds̄ in xp̄o. siue mundum concilians. siue scōs
remunerans. siue misericordias misericordib; faciens. Ipse qui pati
ens. ipse qui multum misericors ē; Si nos uiderit patientes & misericor
des non secundum peccata nr̄a faciet nobis. neq; sedm̄ iniustitias nr̄as
reddet nobis. sed secundum altitudinem cæli a terra. confirmat
sup̄ nos misericordiam suam. & quantum distat ortus ab occasu. tantū
elongat a nobis iniquitates nr̄as; Sicut pat̄ filiis. sic miserebitur nr̄i.
si misericordes fuerimus; Si enim consideremus in hominib; flentib;
aut egentib; t̄ necessitatem pacientib; figm̄tum nr̄m. In qua mensu
ra mensi fuerimus aliorum necessitates. in ea metietur nobis; Non fui
misericors in causa aliena. non mihi miseretur in mea. subueni egen
ti. subuenitur mihi; Indulsi peccanti. Indulgetur mihi; Conside
raui unius figmenti me algentem in mollib; & dolui sup̄ nudū. et
uestiui eum; Esurienti conpassus. alui; Ergo quia consideraui figmen
tum unum meum & indigentis. considerat et ille figmentū meum. et
recordatur quia caro sum t̄rena et puluis. Ex quo si dignatus fuerit
nos poterit suscitare; Nam si hoc non ē. quis computat & hominem.
qui sicut flos agri. ita flori & ettransiet sp̄s eius ab eo. & non ē. et locum
suum n̄ agnoscet amplius; Si uero misericordiam temporalem exer
cuerimus fr̄ib; nr̄is. misericordiam consequimur sempiternā quā
p̄fici & sup̄timentes se dn̄s; Iustitiam aut̄ suam. in filios filiorū; Qui quo
non potuerunt pauperum carnalium curam gerere. spiritaliū pauperū
curam eger̄. ut aut uerbo. aut exemplo suo. ad iustitias. diuitias p̄uocent
spiritaliter mendicantes; Si uis uidere diuitem & mendicū. sc̄i aposto

li iohannis lege apocalipsin; Huic ergo similes sunt omnes diuites in auro
et argento. & in fide. aut in operib; iustitiae mendicantes; Iustitia autem
dei. in filios filiorum. filii apostolorum. sunt omnes magistri. bonorum cum filiorum;
Et sicut ipsi filii eorum sunt. ita qui audiunt eos. filii filiorum sunt; custodientes tes
tamentum dei. et memoria tenentes mandata dei. non ut inflentur sen
tentia. sed ut faciant ea quae memoriter norunt; Videamus nunc
illum. cui pater in caelis parauit sedem suam; Dominus enim. domino parauit;
& dixit dominus domino. sede ad extris meis; Ibi ergo sedet regnans. et regni eius
non erit finis; Ideo. quia dici potest; Si semper fuit filius cum patre. quomo
do ei ante parauit. & propterea dixit. sede. aduertendum est ergo. quia filio
hominis parauit dominus sedem suam; Nam filius dei. qui adsumpsit istum fi
lium hominis. semper fuit in sinu patris. & est. et futurus est; sicut enim fluui
us. quamuis per multas terrarum prouincias uadat. de sinu tamen fontis sui
num. quam recedit. ita & dei filius inuisibilis; Letetur cum iacob. splen
deat in rubo. sit in columna nubis. sit in columna ignis. sit in nube.
sit in duce. sit in qua uoluerit forma. pro salute hominum. de patris
tamen sinu non recedit; Nec enim legis. qui fuit in sinu patris. sed qui est
in sinu patris. ipse narrauit; Hunc benedicunt angeli. poten
tes uirtute. obtemperantes uerbo eius; hunc benedicent uir
tutes. omnium inimici. ipse enim faciunt uoluntatem eius; hunc
benedicent omnia opera eius; In omni loco dominationis eius; Ubi
cumque enim aliqua creatura est. locus dominationis eius est. quia ipse
creauit uniuersa; Hunc operib; piis. benedicat anima nostra. in omni
tempore. qui regnat cum patre & spiritu sancto. per omnia secula seculorum amen. CIII

PER uenimus ad psalmum centesimum tertium. qui continet uni
uersam fabricam mundi. In qua magnificatur dominus uehementer;
Sed cum fabricam memorat. aduentum domini manifestat; Prius enim

quam uenirет dī filiuſ: non erat hominum dñſ confeſſionem ecclesiæ
Induitur: Omiſ enim induſ & ſimul acriſ ſuiſ: et in uanis figmentiſ ſpem
collocantes adō receſſerant; Denicq; apoſtoluſ hoc ipſum aſſerit cūdicē
qđ aduenienſ dñſ concluſerit oīa in incredulitatē: ut omniū miſe
reatur; Ipſum enim confeſſionem ecclesiam induit dñſ ꝓmediatorē
dī & hominū mediatorem quiē filiuſ hominiſ; Cuiuſ hominiſ filiuſ
dauid filiuſ abrahæ filiuſ; ſic enim legiſ euangelii capit liber geneā
tionis ihū xpi filii dauid filii abraham; Quiſ autē ſit iſte filiuſ homi
niſ: ne forte putes eum talē qualiſ fuit moſes aut ieſuſ naue filiuſ
aut helias aut unuſ ex magniſ nonnullē; Hic enim dñſ erat & illi ſer
ui ei; hic enim amictuſ ē lumine ſic uestimentum ipſe ē qui exten
dit cælum ſic pellem; & tantum eum extendit ut & mercenariſ et pu
blicanoſ capiat qui nō capiebat niſi ſoloſ immaculatoſ et quia quan
do tenditē pelliſ ſup ipſam aquā aſpicitur hīa hic tenſuruſ cē. loſ ſic
pellem terat in aquiſ ſuperiora erat. Non enī poterant tendi & uſq;
ad peccatoreſ attingere niſi aqua ſacri baptiſmatiſ tegerentur; Ad
ipſoſ cæloſ poſuit nubeſ aſcenſum ſuū uidentib; apoſtoliſ ambulanſ
ſup pennaſ uentoꝝ; Uenti enī innubib; agunt & alia uia nonē qua
aſcenſum ſuū ad cæloſ haberet & niſi ambularet ſup pennaſ uentorum;
Tunc fecē angeloſ ſuoſ ſpſ; Angeli nuncii latino ſermone uocantur;
Et euangeliū bonum nunciū explanatur; Angeloſ ergo ſuoſ id eſt apoſ
toloſ tunc fecit ſpſ quando eiſ dixē accipite ſpm ſcm et euangelizate
omni creaturæ & tunc fecit eoſ ignem urentem cum ipſe ſpſ ſeſ ſicut ignis con
ſedit ineiſ tunc fundauit terrā inſtabilitatem ſuā terrenaſ ſeden
tes mentes gentiū quæ fuerant in fabrica turriſ diuiſe; Hunc
ad ſtabilitatem ſuā reuocanſ in uno uerbo ihūxpō corroborat; &
ita fundat ineiſ eccłam ſup hanc petrā ut nō inclinetē in ſeculū ſeculi;

Huius sane terrae abissus. sicut pallium amictus ē; agant sibi philo
sophi. infructuosas exquisitiones. et magno labore dicant se posse dis
cere. qd terra subtus se abrssum habeat. quo uelut pallio amiciatur.
nos ad terram istā. quae fundatur in stabilitate aecclae. sermonis aciē
dirigamus; Abrssus enī. circumdat eā;* Et sup montes eī. stabunt aquae;
Quicumq; sursum cor habent. montes s̄; & sup ipsos. stant aquae. stat
sup ipsos. baptismatis sci ficatio. stant in fide recta. non circumducunt
omni uento doctrinae; Qui tam istis montes. diligent ausculta; Isti sunt
qui ab increpatione dī fugiunt; fugiunt utiq; facta. quae increpant
adō; Et a uoce tonitrui eī formidant. timent, comminantis incen
diū sempiternum. & a phibitis uniuersis. sua facta suspen[illegible] du[illegible]ne;
Ascendunt montes. cogitantes regna celoꝝ; Descendunt cāpi. co
gitantes quē admodū. terrenas actiones suas. in locū quem funda
uit dns dirigant; Ubi terminum posuit ds. & iussit n̄ transgredi. et positū ter
minum n̄ transgrediuntur. ut operiant terrā. sicut operuit terrā adā
ex foliis ficulneis. operuit t̄ram. & abscondit se; Isti n̄ transgrediuntur
t̄minum quem posuit dns. et n̄ operient terram; & quia non ē opta
rigat eam dns de superiorib; Si enim distectam eā inuenerit imber. ri
gat eam. ueniens de superiorib; si uero tecta fuerit & caelo abscon
ditur. & de superiorib; n̄ rigatur. si uero pateat caelis. & imber eam celestis
infuderit. pducit foenū iumentis. dabit doctrinā talem simplicib; ad
escam animae eoꝝ. qualem capere possunt; Dabit herbam. seruituti homi
nū. Inter initia uenientib; ad dm̄. herbā pferet. n̄ enim possunt solidiorib;
cibis refici. pfectoꝝ; Namq; ē solidior cib; qui discretionē habere poss̄. boni
et mali; post herbā. dabit spicā & incipit educere panem de t̄ra; Sicut
enim lac de uberib; sic de t̄ra. p herbam adtingit. ad spicam. de spica pue
nit ad panem. qui de caelo p imbrem descendit; Ergo p fontem p ennē. ue

* n̄ enim habet finem altitudo diuitiarum sapientiae. quae circumdat eam

nit tibi panis de terra mariæ uirginis; Imber iste qui in maria uenit audi
qualiter uenit angelus ei dicit; Uirtus altissimi idest ex alto ueniens obu
brauit tibi & exiuit nobis panis de terra; Nos ergo ad nos redeamus qui
hunc ex alto uenientem imbrem accipimus; Si ueniens ex superioribus fons
nos sibi patentes inuenerit accipimus panem quod confirmet cor nostrum ac
cipimus uinum quod letificet cor nostrum & duabus confirmationibus cordis accep
tis exhilarantur facies nostræ oleo chrismatis Ita ut per lignum crucis satientur
omnia ligna campi; Idest omnis turba simplicitatis inter quos sunt diuites &
sublimissime potestates quos per celsitudine cedros libani nuncupauit
In his passeres nidificant non dixit In omnibus passeres nidificabunt; Sunt
enim aliquanti qui diligunt xpianos & sua eos ope sustentant;
qui in his requiescentes nidificant dominum qui passeres ideo nun
cupantur quia celestia & alta petentes sic se iungunt conuersationibus homi
num ut fugiant ipsos homines in quorum domibus nidificare probantur; In his
passeres qui nidificant fulicæ domus dux est eorum fulica in aqua manet
In aqua nidificat in aqua uiuit & aqua domus est eius; Horum ergo pas
serum fulicæ domus idest aqua ipsa dux eorum est passerum; Ibi sunt montes
excelsi ceruis fugientibus diabolum fugientibus mundum; Ibi est petra prestans
refugium siue irinaciis iriciorum filiis quia minora habentes iacula a ca
nibus non timentur siue leporibus quia et lepores canes fugiunt & irinacii; Qui
ergo fugiunt hos canes de quibus clamat paulus uidete canes uidete ma
los operarios Inueniant sibi petram in refugium & iuxta semitam positos canum
morsus effugiunt; Nunc euasimus montes ac siluas & facies nobis cæli re
splendet In qua uidemus lunam factam in tempore passionis lucentem
in tenebris; In quo tamen tempore doce In tempore passionis diximus quo
modo quia tunc sol iustitiæ occasum suum ipsa sexta hora diei posuit te
nebras & facta est nox In quo transierunt omnes bestiæ siluarum pharisæorum

ferocitas. et eorum qui deuorant plebem dī. sicut escam panis. tam spi
ritales bestie quam carnales; sed ꝓpterea dedit lunā in nocte. ut ha
bentes lumē celeste. ferarum morsib; euadamus; In ipsa enī tenebro
sitate eius habundant catuli leonum. idest filii demonū. omīs hereti
ci. nō docentes scā. sed rugientes ut rapiant & querant ad ō tollere
escā sibi; Orto autē sole iustitiæ. siue resurgente ab inferis dnō ad iu
deos. siue exurgente ꝑ ad sertionem catholicā contra hereticos;
Hoc ergo oriente. uniuerse diffugiunt bestiæ. tendentes insidias.
& in cubilib; suis se collocabunt; Iudæi ad sinago gas suas. & he
retici ad synedria sua. illic cōgregabuntur [illegible] et quamdiu
resplendet nobis sol iustitiæ. illi in cubilib; [illegible] suis dormiunt.
nō sunt ausi exire ad lucem; Omīs enim qui male agit. odit lucē;
Qui odit frēm suum. in tenebris ambulat; Bestiaē. dormit & ipse cū
iudeis et hereticis; Sicut iudei in cubilib; infidelitatis. & hereti
ci in cubilib; male credulitatis collocant se & dormiunt. Ita his
die medio. atra nox odii. oculis eorū incumbit. et nihil ꝑter tene
bras uidentes. in odio dormiunt; Qui autē homo ē. & nō fera. exiet
ad opus suū credens. & bene credens. et ab oratione sua quā incho
auit. lucescente sibi sole iustitiæ operatur usq; ad uesperū. idest quā
diu in hac luce ꝑdurat; Et hæc nō suis uirib; reputans clamat; quā
magnificatas operatu ad nē omā hæc in sapientia fecisti. siue ui
sibilia. secdm apostolū. siue inuisibilia; Repleta ē enim tra creatu
ra eī; Uenimus ad fines trāe. Intremus nunc mare; Hoc mare mag
num & spatiosū; Nonte docet ꝑ magno ꝓpheta. psalmigrafus. patri
archa. immo scs sps. in his qui loquitur. hoc nos habuit docere. quia
magnum ē mare & spatiosū. et ibi repentia. quorum non ē nume
rus. animantia magna & parua. et quia ibi naues transeunt. nō hoc

docuit quod nullus ignorat. sed scire nos uoluit mare magnum et spatio
sum ee. omnem legē noui et ueteris testamēti; Ibi repentia quorū n̄ numerus;
In lege iudaei. In lege samaria. & in lege heretici. et in lege catholici.
In lege reges. c̄sules. diuites. pauperes; In lege pusilli & magni; Ibi naues transeunt. solae ecclae uniuersarū p̄uinciarum. quae epi uatas
ducunt ad regna caelorū; A ciuitatib; t̄renis. ad ciuitatē hierusalē matrem nr̄am; Qui aut̄ sine naue fuerit in hoc mare magno inuentus. inueniet draconē. qui formatus ē ad inludendum eis; Notandū tam̄ quia dō dicit̄ illic ē inquit draco quē formasti; Quia manicheidicunt principē te[illegible]nebrarum a se habere principiū; Ergo ut creatura ad signet̄ dō. [illegible] dō dicitur. quē tu formasti; Qd aut̄ dicit̄ ad inludendum eis. illis utiq; qui naues recusant. & quasi animales sine magistro catholico. et ab apostolis ducentē traditionem legis. se fluctib; & altitudinib; tradunt; Ergo quia extra ecclam s̄ int̄ animalia pusilla & magna uagantes. inueniunt draconem ita sibi inludentem ut putent se melius catholicis sapere. & ad arbitrium suū. inueniunt p̄petuae mortis interitū. cum deuenerint in p̄fundū; Quid tam̄ dn̄e tu patiens. et multū misericors. & iudei. et heretici. et ingrati simul cū seruis tuis om̄s quam diu in isto s̄ corpore. om̄s ate expectant. ut des illis escā in tempore isto. isto. uitae p̄sentis; quia si tu n̄ dederis nullus colligit; Aperis manum tuā sup̄ bonos et malos. et imples omne animal benedictione; Sed cū auertis faciem tuā tunc turbabunt̄. Cū auferes sp̄s eorū. & defecerint. & in t̄ra sua reuertent̄. de qua ad sūptis; Cum aut̄ fuerit resurrectionis tempus. ueni & sp̄s tuus. et resuscitabuntur hi in quib; renouasti faciem t̄rae. qui in nouitate uitae ambulauer̄. Quia ambulauerunt in nouitate sp̄s. & non remanser̄ in uetustate litterae. In quib; om̄a uetera transierunt. & facta sunt

omnia noua. in ipsis erit gloria dn̄i in secula saeculorum. Cum letatus fue
rit in operib; suis quae nunc operatur cū patre et spū scō; Qui respic̄
t̄ram. id est corpora fidelium. & facit ea tremere. iudiciū futurum.
Qui tangit montes et fumigant. fumus montiū nubes facit; Ergo
eos qui sensum suū ad gloriam celestem exaltant. ita ut apud homines
in terram inimici ēē uideantur. ut in futuro inueniant̄ excelsi.
hos tanget dn̄s et dant fumū oris sui ꝓferentes sermonem. qui nu
bes oculorum. & faciant multos plorare peccata sua. multos lauare
ea elemosinis. multos festinare ad fontem sacrum; Sic ergo tactu
di montes fumigant. ad inundationem nubiū. quae pluuiam dan
tes. tam sordes abluunt. quā frugib; & arboribus nascendi copiam
administrant; Cantemus ergo ipsi dn̄o dō nr̄o in uita nr̄a. & psalla
mus ei quā diu uiuimus; Suauis sit ei laudatio nr̄a. catholicis ad ser
tionib; uiuificata. nihil morbo iudaeorum. nihil morbo hereticorum
circumferens ut & nos delectemur in dn̄o. cum deficere coeperint
heretici. aut iudaei. a terra & iniqui. ita ut n̄ sint. tunc leta anima
nr̄a benedicens dn̄o in omni tempore. ipsi gratias aget. cui glo
ria in secula saeculorum amen.

Alleluia. in isto psalmo principium sumpsit. quā qui interpre
tantur. gloria dō creatori omniū. uerum dicunt. ad om̄s enim gen
tes. imperat nuntiari gloriam ei. et enarrari omā mirabilia ei.
quomodo ex uirgine natus. quomodo exemplo & uerbo docuit.
quomodo uirtutes exercuit. quomodo in cruce pependit. quomo
do mortuus. sepultus resurrexit. & ea quae ante passionem docuit. post
resurrectionem suā iterū confirmauit. quomodo ascendit in cae
los et misit paraclitum. qui in conspectu gentium. quasi ignis dis ꝑ
sus. uniuersarum gentiū quae in p̄senti erant linguas. in apostolis

Ciiii

reseraret. Ita ut quod imperatum fuerat in p̄senti psalmo ab ipso spū
scō tunc ad impletum gentes ipse de apostolis dicerent; Nonne isti in
quiunt galileis? et quomodo nos unusquisq; linguis nr̄is audiuimus
eos loquentes magnalia dī. tunc ergo gentib; confessi sunt dn̄m. & in
uocauerunt nomen ei; Nomen qd̄ iudea sola retinebat. tunc adnuntia
uerunt inter gentes magnalia eius. tunc iure primo cantatum ē in
aduentu sci sp̄s alleluia. in quo narrauerunt omā mirabilia ei. & do
cuerunt gentes hoc ordine; Nolite laudari in uirtute regum uro̅r̄.
neq; in potentia proeliorum uro̅r̄. sed deponentes potentias arcuū. &
scutū & gladium. et bellum. pacem adsumite. et xp̄m quem p̄dicam̄
uobis. uro̅ nomini sociate; Ut uos qui dicimini gentes. dicamini xp̄iam;
& laudemini in nomine scō eius. & letetur cor urm̄ qui queritis dn̄m;
Querite xp̄m. & confirmamini; & quia ascendit in cælis. & parat uobis
gaudiū sempiternū. quādiu ad eū p̄tingatis. querite faciem eius semp̄;
Mementote mirabilia eius que fecit. que supra diximus. p̄digia eius. & iu
dicia oris eius. que cūq; de apostolis. quatuor euangeliste testantur;
Non ex gentibus uenientes. sed ex semine abraham. serui eius; Qui sunt
filii iacob. electi eius; Non ē enim xp̄s ds̄ recens. non aduena. non nouiti
us. sed ipse est dn̄s ds̄ noster. qui semp̄ fuit. & qui in hebreorū gen̄lem tā
tū cærimonia conlocauerat. nunc uult ut in uniuersa terra sint iudi
cia eius; Quid nunc uultis iudei. dicite; Si uultis. arguimus uos nosen
tes. & dicimus uobis. falsas habetis scripturas; Si uere ds̄ erat. qui
cū abraham locutus ē. cur qd̄ p̄misit. implere non potuit. si non po
tuit. omnipotens non ē; Si potuit. & noluit. mentitus est; Adhuc
paulus clamat. hebreus. ex hebreis. impossibile ē mentiri dn̄m; Docete
ergo impletū. qd̄ iurauit ds̄. p̄ sem & ipsum dicens; In semini tuo.
heredita bo omnes gen̄les; Quod disposuit ad abrahā. & iura men̄li

sui ad isaac. Statuit illud iacob in precepto. & israhel in testamentum æternum dicens; Tibi quidem dabo terram chanaan. funiculum hereditatis uræ; & quando hoc factum est. cum adhuc essent ipsi ex cham numero breues. paucissimi. & incolæ in ea. tunc pertransierunt de gente in gentem. de regno chanana eorum. ad populum ægyptiorum; Non tamen permisit hominem nocere eos. & corripuit pro eis reges. sicut amalech. & ceteros. et dixit eis, Nolite tangere xpos meos. et in prophetas meos nolite malignari. unde amalech rex dixit ad abraham. nisi dominus admonuisset me in uisione nocte. habueram peccare in te. sed corripuit me in uisione. & admonuit me. ut rogem te. & ores pro me; Egimus actenus. & misticum & historicum sensum. sed una nobis questiuncula uidetur in manibus; Queritur enim quomodo uerbum hoc mandauit in mille generationes quod disposuit ad abraham; Has mille generationes gentium edocere. laciniosa satis narratio flagitat. sed prout poterimus iuuante domino. commatice transeamus de gente ad gentem. de regno ad populum alterum; Noe tres filios habuit. sem. cham. iafeth; sem primogenito. pars facta est a persida & bactris. usque in indiam longe. & usque rinoco ruras; Quæ spatia terrarum habent linguas sermone barbarico. uiginti & septem; In quibus linguis gentes sunt patriarum. quadringente sex. non diuersarum linguarum. sed ut dixi. diuersarum patriarum; Verbi gratia. cum una lingua latina sit. sub una lingua. diuerse sunt patriæ. brittiorum. lucanorum. apulorum. calabrorum. picentum. tuscorum. & his atque huius cemodi patriis similia si dicamus; Cham uero secundus filius noe. a rinoco ruris. usque gadira. habens linguas sermone punico. a parte garamantum. latino. a parte boree. barbarico. a parte meridiani. aethiopum. & ægiptiorum. ac barbaris interioribus. uario sermone numero xx. duabus linguis. in patriis trecentis. non aginta. & iiii.

Iafeth aut habet flumen tigridem. qui diuidit mediam et babilo
niam in patriis ducentis sermone uario in linguis xx trib; fiunt er
go omis simul linguae septuaginta duae patriae aut generationum
mille quae in tripartito saeculo hoc ordine sitesse habet ut diximus Iafeth
flumen tigridem qui diuidit mediam et babiloniam, sem aut eufra
ten, Cham aut geon qui uocatur nilus, In his tripartitis gentib; ex
uno homine manantib; trinitas per dnm nrm ihm xpm hominem
perfectum apparuit et solus his mille generationib; per lignum suae pas
sionis occurrit quia memor fuit uerbi qd iurauerat in mille gene
rationes dicens abrahae qd in semine tuo hereditabo omis gentes; Et
sicut filius israel famem passuris succurrit ioseph qui uenditus est qui
postquam uenditus est ad regnum ascendit et fame perituris aliquan
tis gentib; et patriis frumentatione reposita caute succurrit. Ita
uenditus a iuda xps in triumpho crucis exaltatus est ante quidem
passus synagogam falsam testem sicut ioseph dominam meretricem;
Post haec exurgens a mortuis accepit regnum ut in nomine eius omne ge
nu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et fame pereuntib; his
mille generationib; a partis horreis manuum suarum profluentissima lar
gitate succurrit. Non solam eis speciem frumenti sed et uini et olei adminis
trans a cunctis eas aduersarietatib; liberauit, Vocauit enim famem
super terram eorum prius quia in idolis confidebant et omne eis firma
mentum panis contriuit quia panem uerum qui de caelis descende
rat ignorabant; At ubi uenit uir perfectus qui in seruo uenunda
tus est postea quam ferrum pertransiuit animam eius quia eloquium
falsa testis inflammauerat iram super eum at ubi misit rex de caelo
et soluit eum et princeps qui est ds in xpo mundum concilians sibi
dimisit eum soluens ab omni uinculo fragilitatis continuo statuit

eum dominum domus suae dnm in caelo et in aecclā et principem omnis pos
sessionis suae omnis scitatis ut erudiret apostolos sicut se ipsum qui pfece
rat aetate & sapientia; Et senes suos hos ipsos patres omnium credentium
prudentiam doceret in misterio absconditam; Tunc intrauit isrl in ae
giptum uidens dn apostolus inter idolatras; Et iacob accola fuit in terra
chanaan et auxit populum eius nimis ita ut milia hominū haberent cor
unum et animam unā & cōfirmauit cor ei sup omīs inimicos ei qui nega
bant eum; Contempnentes eos apostoli conuersis ad gentes; Conuersū ÷
cor gentium ut odirent populum ei & occidentes martires dolum face
rent in seruos ei quousq; ueniret ad eos moyses et aaron quousq; ptinge
ret ad sensum eorū lex dī & ponerent in mente sua uerba signorū & pdigiorū
quae aut legentes agnouerant aut referentes audierant; Coeperant
enim timere ne paterentur non credentes qd passa fuerat aegyptus
cum rege suo; tenebras aquas sanguineas ranas locustas brucus
scinifes cinomias grandinē ignitumq; uentum qui conbus sit
uineas ficulneas atq; omne lignum finium eorum Post haec
etiā pcussionem angeli in omnem primogenitum terre eorū
& primicias omnis laboris eorum; dantes ergo omnes timo
rem his uirtutibus uincentis dī fugerunt egyptiorum in
credulitatē & secuti apostolorum fidem educti sunt in argen
to & auro in duobus testamentis argento uetere & auro no
uo in bono & melius ē & nonē inuentus in his qui per aquā
transierunt ullus infirmus; nullus enī inuenitur in omnib;
mille his generationib; baptizatis uel unus peccatū habens
in hora baptismatis; alioquin si peccatum habet nō credidit
& cum egyptiis mersus est; nam omnes qui crediderunt
ex hora qua transierunt uenientes ad consignationem

non inuenitur in tribub; eorum infirmus. Omnes firmis. omnes eni
confirmati sunt; Letatur aegiptus. aegiptus. totus mundus. licet
in peccatis agens. tamen letatur die scō paschae. in pfectione eorum. qui
fugientes pharaonem & sequentes mor sen. p aquam transier. ut in
ueniant ubi audiant uocem dni; Incubuit enim timor sup incre-
dulos. & non s ausi sine feriis ee. ipso die. qui si non letantur creden
tes dni. feriantur. timentes regnum & populum xpi anum. & ideo
letantur. quia incubuit timor eorum sup eos; Expandit enim ds nubem.
id est aecclesiam suam in protectionem eorum. et ignem fidei. quae lucet eis
in tenebris mundi. ubi petierunt carnem. et acceperunt ortigome
tram. Caro enim illis data e. tunc coturnices uolantes utiq; et celestia
cupientes. et his datur caro quae ascendit sup cherubim & uolauit. &
pane celi saturatis. quando disrupit petram & fluxerunt aquae
et in deserto totius saeculi currunt flumina. quia memor factus e
uerbi sci sui qd dixit ad abraham puerum suum; Ideoq; eduxit po
pulum suum in exultatione. in alleluia. in abis uestib; & electos suos in
letitia; Et dedit illis regiones gentium et ciuitates populorum. ut custodi
